

NOBILISSIMIS ET AMPLISSIMIS
DOMINIS
DOMINIS CONSVLIBVS
CÆTERISQVE
REIPVBL. ANTVERPIENSIS
SENATORIBVS.

SCitis ingenita prudentiâ
à Natura dotati , ac Sa-
pientum præterea monu-
mentis , *Viri Instructissimi* ,
diuini illud Platonis dictum: *Medicis* In phe-
dro.
cum eget Ciuitas , *iudicari inibi esse malam* ,
tum anima , *tum corporis disciplinam & aco-*
niam ; atque adeo, felicis memoriæ,
Parentes, ac Prædecessores vestri, ab
immemorabili tempore multa præ-
clara, ad Ciuium suorum incolmita-
tem statuere quidem decreuerant ;
lubens fatetur , imo laudare cogitur

a 3 tam

EPISTOLA

tam bonos conatus non ingrata po-
steritas: verum, vos *Amplissimi Senato-*
res, velleitatem illorum modo perfi-
cientes, quidquid ad incolarum con-
seruationem deërat, omni morâ sepo-
sita, reali adimpletis effectu. Cum Ia-
trorum Collegio, publica salus mina-
batur ruinam, vos met ipsi succollatis.
& dum ad hoc perniciosissimos rei
Medicæ errores, tanquam ad Tribu-
nal reuocatis, illud tum prudentiâ eri-
gendo, huic cum pietate consulendo,
quibus prospicitis omnes in affectu
& amorem rapitis, non invitè obse-
quentes. Exoptauerit hæc bona Rei-
publ. Parens, ac prædecessor, beneuo-
lentiæ confidimus; at vestrum vo-
tum est efficax, sentimus emolumen-
tum: tantum ergo amplius vobis de-
bemus, quanto utilius nobis est pre-
terito affectu, præsens effectus; velle
quidem

DEDICATORIA.

quidem illis adiacuit , vos inuenistis
& perficere: Itaque

..... Patrem iam natus adequat

Hunc meritis, & quod magis est optabile vincit.

Latebant Regum, ac Principum laudatissima decreta, obliuionis tenebris inuoluta ; iam luce donantur à splendore vestro mutuata. Sufficiebant vix recenti malitiæ obantiquatæ leges ; vos renouellando interposita Auctoritate ampliatis

.... Priscamque resumunt

Canitiem leges, emendanturque vetustæ, claudian.
Acceduntque nouæ.

Eludebantur Senatus Consulta vafer-
rima malignorum astutia ; Vos om-
nia penetrante perspicaciâ dolum de-
tegitis. Spernebantur saluberrima
Magistratus edicta; vos sic Iusitiam
Clementiâ mitigatis, vt metus coër-
ceat, quos beneficia non mutauissent:
ita

EPISTOLA

ita quidem , vt nec ad eradicatiuam
errorum omnium extirpationem , ac
per consequens , nec ad perfectum sa-
lutis Ciuium stabilimentum , aliud ad-
dendum restet , quam æquissimorum
statutorum prompta executio : &
cum non sit vrgentior ad virtutem
stimulus , quam recens Superiorum
exemplar , muneris nostri esse duxi-
mus , tam sancto proposito omni in-
dustry & sedulitate manus admoue-
re , idque tam feruenti erga proxi-
mum charitate & zelo , vt nec Philau-
tia , nec inuidia , nec auaritia , neque
vlla prorsus ratio , à communi bono
intentis impetrare potuerit , quin ,
proprio interesse seposito , illa etiam ,
ex quibus questum facimus , daremus
in publicum ; nihil , quod communi
saluti conducere posset , quosquam
latere voluimus , ne immerentes qui-
dem ;

DEDICATORIA.

dem, quia vti *Sol Iustitia Diuinus ille Phœbus, & Apollo*, qui verissimè dicere possit:

Inuentum Medicina meum est.

Splendet super iustum & iniustum; ita Mede- Lib. 4.
cinæ, & sceleratis, ait Seneca, opem mini-
de beneſ. cap. 28.
*strat. Compositiones remediorum salutarium
nemo suppressit, ne sanarentur indigni.*

Antidotarium itaque composuimus omnigena Pharmaceutices suppelle. Etili instructum, optimum pharma- ca preparandi Methodum, ac medicamenta conficiendi modum maxi- mè conuenientem continens. Parum refert insignes, ac bene ordinatas Eu- ropæ Vrbes, in Italia, Romam, in Germania Augustam, in Brabantia Bruxellas, in Batauia Amstelrodamū præcessisse; quod dignior persona solet, agmen claudet Imperialis hæc Ciuitas nostra, tam celebritate, quam

b vetu-

EPISTOLA

vetustate venerabilis: nec valet obie-
ctio vnum ex illis eligi potuisse, ad
cuius normam sele Pharmacopolæ
nostræ conformarent, entia non esse
sine necessitate multiplicanda? nam
& in eo diuina bonitas, ac prouiden-
tia specialiter enituit, vt sicuti varij va-
rias orbis regiones morbi affligunt,
ita quoque diuersi, diuersa medica-
mina sanandi modi reperirent.

*Est Elephas morbus qui propter flumina Nili
Gignitur Ægypto in medio neque præterea us-
quam.*

*Atthide tentantur gressus, Oculique in Achæis
Finibus; in alijs alius locus est inimicus
Partibus, ac membris: varius concinnat id Aër.*

Quibus & Iuuenalis subscriptit,
dum rogat

*satyr.
13.* *Quis tumidum guttur miratur in Alpibus?
aut quis*

In Meroë crasso maiorem infante mamillam?

Quis

DEDICATORIA.

Quis Luem Venereum (vtinam tan-
tum!) in India? Plicam, foedissimam
pilorum compactionem, in Polonia?
Varenos, Tumores cum vermiculis,
in Westphalia? Cardones, pili crassio-
res dorsis infantium innascentes, in
Languedocia? Venam Medeni, ver-
mes extra cutim etiam musculosarum
partium sese exerentes, in Germania?
Dracunculos, vermes prioribus fere
similes, in Arabia, & Ægypto? Scor-
butum in Hollandia? & non exclam-
abit: quam mirabilis Deus in operibus ^{Iob. 5.}
suis! qui vulnerat, & medetur, ipse percutit, &
manus eius sanabunt, particularis verna-
culo vniuscuiusq; Regionis malo, spe-
cificum suum remedium assignans.
Quandoquidem igitur, vnico Colly-
rio (vt est in proverbio) omnes sanan-
di non sint, & nos Climatis nostri
morbis appropriatam, incolarū com-
b 2 plexi-

EPISTOLA
plexionibus, & symmetriæ confor-
mem composuimus Pharmaciam; re-
iectis superfluis, non nisi necessaria
eaque selectissima, id est, medullam,
ac nucleum complectentem.

Atque hæc sunt, *Viri Amplissimi*,
quæ ex impregnante studio intelle-
ctus noster conceperat: quorum par-
tum scolorum ignorantia, & conci-
uium pericula maturauerant, quæ-
que amore Patriæ obstetricante, ex
mandato vestro expresso nuperenixi
sumus: hunc fætū benigno vultu sus-
cipite, atque sub auspicijs vestris in-
crementum date. Quos enim potius
Patronos, aut Patrinos nominabimus,
nisi quorū certissimæ tutelæ bonum
publicum, tanquam proximioribus
parentibus commissum? quippe ut
cum sanctissimis Concilij Chalcedo-
nensis verbis finem imponam: *Magna*
egri-

DEDICATORIA.

agritudines, & medicamine forti, & Medico ^{Art. 3. ad}
indigent sapiente. Propter hoc igitur omnium ^{Impera-}
Deus passionibus Orbis terræ, sicut Medicum ^{tor Mar-}
optimum, vestram instituit pietatem, ut has ^{tian. &}
congruentibus sanetis medicamentis. ^{Valere.}



b 3

CO-